Weil die Habsucht „die Wurzel alles Bösen“ ist, entsteht aus ihr, so sagt man, die Wucherei, die Hinterlist, der Eidbruch, der Diebstahl und der Mord. Von der Hinterlist, die oft bei falschen Maßen angewendet wird, werde ich ein Beispiel berichten, das mir von einem gewissen Abt erzählt wurde.

10

---

<sup>161</sup> Das Motiv des unrechtmäßig von seinen Untertanen Getreide plündernden Herzogs findet sich auch in der um 1200 entstandenen *Chronica Polonorum* des Krakauer Bischofs Vincentius Kadlubek (ca. 1150–1223), hier sogar als polnischer „Brauch“ (consuetudo) deklariert: *Chronik der Polen*, ed. MÜHLE, IV,9, S. 330–331. Vincentius berichtet weiter, dass es aufgrund dieser Gepflogenheiten bei einer 1180 in Łęczyca abgehaltenen Synode explizit verboten worden sei, „sich Getreide armer Leute entweder mit Gewalt oder durch irgendeine List ... anzueignen“, ebd., S. 332–333. Prägender Akteur dieser Synode war Kasimir II. („der Gerechte“, 1138–1194), der sich kurz zuvor gegen seinen älteren Bruder Mieszko III. („der Alte“, 1126/27–1202) als Herzog durchgesetzt hatte. Wie der Hinweis auf die Quelle dieser Geschichte (einen Zisterziensermönch, der Heisterbach „vor kurzem“ besuchte) darlegt, kann Caesarius auf diese Entwicklungen und Personenkonstellationen jedoch kaum Bezug genommen haben; vgl. dazu auch die folgende Anmerkung. | <sup>162</sup> Mit Blick auf den Abfassungszeitraum der *Libri VIII miraculorum* ist offenbar das Jahr 1224 oder 1225 gemeint. Zur damit verbunden Problematik der Identifizierung des anonymen Herzogs s. die Anmerkungen zuvor.

**37. De viatore, qui tabernario ostendit, quod ob iniustas mensuras depauperatus est.**

Homo quidam religiosus de ordine Viatorum, cum in tabernam declinans vini mensuram compararet illamque in cypho suo, quem semper penes se habebat, reciperet, deprehendit sibi dolose fuisse mensuratum. Qui mox accersiens dominum taberne, dixit ad illum: „Dic michi, dives es an pauper?“ Cui cum ille responderet: „Non multum habundo, quia, licet multum labore in negotiatione vini, modicum tamen lucrum habeo“, subiunxit homo Dei: „Nec mirum: veni, ostendam tibi, quali herede lucra tua consumantur.“ Iussitque fodi sub ducibulo, et fecit. Cumque altitudinem pedis unius terra fuisse reiecta, apparuit bufo maximus, qui ore hyans stillas clepsedre recipiebat. „Ecce!“, inquit, „dyabolus, auctor doli, per vermem hunc immundissimum labores tuos consumit et, ne proficere possis, impedit. Si volueris ditari, Deum time, avaritiam fuge et mensura tibi iusta sit, et benedicet tibi Dominus.“<sup>v</sup> Quod et factum est. Avaritia facit, quod homo incurrat perjurium sive falsum proferat testimonium.

<sup>v</sup> benedicet tibi Dominus] benedicet tibi Dominus in omnibus. Et iussit cooperire vermem et altera effodere et apparuit mortuus. Ille homo secundum consilium hominis Dei fecit et ditatus est et omnia prospera ei successerunt *X*.

3 tabernam] taberna *B*. 4 cypho] ciphon *B X*. 5 habebat] zuvor haberet, korrigiert zu habebat *B*. 6 accersiens...taberne] honestate morum dominum tabernatorem taberne accedens *X*. | Dic michi] fehlt *B X*. | dives...7 pauper] dives an pauper es tu *X*. 7 Non multum] Multum non *B*. quia...8 habeo] quia, licet in negotiationem viri multum labore *B*; multo plus habeo laboris quam lucri, a iuventute mea labores maximos in negotiationem vini et aliarum rerum sustinui et de die in diem maior miseria paupertatis me stringit *X*. 8 lucrum habeo] lucror *B*. 9 tibi...10 consumantur] quis lucrum tuum et labore tuum consumat *X*. 10 consumantur] consumuntur *B*. | ducibulo] ducillo *X*. | fecit] fecit sic *B*. 11 unius] illius *B*; fehlt *X* | reiecta] eiecta *X*. bufo] buffo *B X*. | maximus] magnus *B*; magnus horribilis supra modum *X*. 12 clepsedre] reside, am Rand clepsedre ergänzt in *X*. | inquit] inquit homo Dei *X*. | auctor doli] auctor doli, inventor sceleris *X*. 13 consumit] consumis *B*; consumpsit *X*. | ne...impedit] consumit *X*. 14 fuge] *B X*; fehlt *O*. | et<sup>1</sup>] fehlt *B X*. | tibi] *B*; tua *O*. 15 Dominus] Dominus in omnibus *X*. Quod...16 testimonium] fehlt *X*. 16 incurrat] *B*; incurrit *O*. | sive] et *B*.

3 Homo...Viatorum] Vgl. *Caes. DM VIII,87.*

### 37. Über einen Pilger, der einem Gastwirt zeigte, dass er wegen ungerechter Maße arm gemacht wurde.

Ein gewisser frommer Mann aus dem Pilgerstand<sup>163</sup> kehrte in eine Taverne ein und verglich das Maß Wein mit seinem eigenen Becher, den er stets mit sich führte; er begriff, dass arglistig gemessen worden war. Er holte bald den Hausherrn der Taverne herbei und sagte zu jenem: „Sag mir, bist du reich oder arm?“ Als jener ihm antwortete: „Im Überfluss lebe ich kaum, denn ich habe mit dem Weinhandel viel Arbeit, jedoch nur mäßig Gewinn“, da fügte der Mann Gottes an: „Und das ist nicht erstaunlich: Komm, ich werde dir zeigen, durch welchen Bewohner dein Reichtum verzehrt wird.“ Und er ordnete an, unter dem Fasszapfen zu graben und das wurde gemacht. Und als einen Fuß tief gegraben war, traf man auf Widerstand, und es erschien eine riesige Kröte, die mit ihrem aufgesperrten Maul Weintropfen aus dem Fasshahn aufnahm. „Siehe!“, sagte er, „Der Teufel, der Erfinder der Hinterlist, macht durch diesen höchst unreinen Wurm deine Anstrengungen zunichte, und verhindert, dass du Gewinn machst. Wenn du reich werden willst, fürchte Gott, entflieh der Habsucht, miss gerecht und der Herr wird dich segnen.“<sup>v</sup> Und so geschah es. Die Habsucht macht, dass der Mensch in den Eidbruch hineingerät oder falsches Zeugnis ablegt.

5

10

15

<sup>v</sup> der Herr wird dich segnen] und der Herr wird dich in allen Dingen segnen. Und er ließ den Wurm bedecken, am nächsten Tag ausheben und er schien tot. Jener Mann handelte nach dem Ratschlag des Mannes Gottes, wurde bereichert und alles Gute geschah ihm *X*.

<sup>163</sup> Auch im *Dialogus miraculorum* berichtet Caesarius von einem viator (vgl. Caes. DM VIII,87), der Wundersames bewirkt. Unsere Übersetzung folgt dem dortigen Vorschlag von NÖSGES und SCHNEIDER, die unter viatores zunächst allgemein „Kleriker oder (ehem.) Ordensleute ohne festen Wohnsitz“ verstehen, vgl. ebd., S. 712. HILKA, *Wundergeschichten III*, S. 66, fasst den viator dagegen als einen Wandermönch im Sinne der Gyrovagen. Erstmals in der *Regula Benedicti* benannt (s. RB I,10), erhielt der Begriff Gyrovagen zunehmend eine ambivalente oder gar negative Konnotation im Sinne des Vagabundierens. S. dazu FÜSER, *Mönche im Konflikt*, S. 313–321. In Caes. DM VI,20 wird sogar berichtet, dass Erzbischof Engelbert von Köln auf einer Synode verfügt habe, viatores das Gastrecht in der Diözese Köln zu verweigern; auch in Caes. DM X,36 beschreibt Caesarius einen viator in negativer Deutung.

**38. De cive Aquensi, qui, dum periurare vellet, obmutuit.**

Vix annus expletus est, quod civis quidam Aquensis, dum suo concivi pecuniam sibi prestitam negaret<sup>w</sup> et compelleretur ad iuramentum, magis eligens periurare quam pecuniam reddere, dum genu flecteret et digitos sanctis supponeret, obmutuit. Qui surgens loquela recepit. Rursumque iurare volens loqui non potuit. Et innotuit omnibus, quod reus esset, et valde confusus est. Hec michi nuper relata sunt a quodam sacerdote civitatis eiusdem. Morbus avaricie sic corrumpit etiam personas honestas, ut ad latrocinia furtaque laxentur.

---

<sup>w</sup> negaret et compelleretur ad iuramentum] negaret, quam ei concesserat sub testimonio ymaginis beati Nicolai data fide, quod predictam pecuniam ei persolveret tempore et loco. Ille vero pecuniam negavit, dum reddere debuit *X*.

---

1 periurare] *B X*; obiurare *O*. | obmutuit] obmutuit in periurio *X*. 2 Vix...3 prestitam] Accidit in civitate Aquensi, quod civis quidam suo concivi prestitam pecuniam *X*. | dum] *B*; cum *O*. 3 sibi] *B*; fehlt *O*. | et...iuramentum] fehlt *X*. 4 dum] contigit dum *X*. 5 sanctis supponeret] super reliquias poneret *X*. | supponeret] *B*; subposuit *O*. 6 iurare] flexus iurare *X*. | loqui... potuit] obmutuit *X*. | et...7 est] cum maxima confusione recessit reddens illa pecuniam *X*. 7 nuper] fehlt *X*. 8 eiusdem] eiusdem, cuius parrochianus ille fuerat *X*. | Morbus...9 laxentur] fehlt *X*. | sic...honestas] etiam personas honestas sic corrumpit *B*.

### 38. Über einen Bürger aus Aachen, der, als er einen Meineid schwören wollte, verstummte.

Das Jahr war kaum beendet,<sup>164</sup> als ein gewisser Bürger aus Aachen, nachdem er die seinem Mitbürger zustehende Geldsumme verweigerte hatte<sup>w</sup> und zum Schwur genötigt worden war, wählte eher, einen Meineid zu schwören als das Geld zurückzugeben;<sup>165</sup> während er das Knie beugte und die Finger auf die Heiligen legte, verstummte er. Als er sich erhob, fand er die Sprache wieder. Und als er von neuem schwören wollte, konnte er nicht sprechen. Und es wurde allen bekannt, dass er schuldig war, und er schämte sich sehr.<sup>166</sup> Dies wurde mir neulich von einem gewissen Priester jener Stadt erzählt. Die Krankheit der Habsucht verdirbt auch ehrliche Personen derart, dass sie sich zu Raub und Diebstahl verführen lassen.

5

10

<sup>w</sup> verweigerte hatte und zum Schwur nötigte] verweigerte, die jener ihm vor dem Bildnis des heiligen Nikolaus als Zeugen und nach dem Versprechen, die vorgenannte Geldsumme rechtzeitig, am selben Ort und vollständig zurückzuzahlen, zugestanden hatte. Als jener das Geld zurückgeben musste, weigerte er sich allerdings *X*.

<sup>164</sup> Erneut ist mit Blick auf den Abfassungszeitraum der Libri VIII miraculorum anzunehmen, dass das Jahr 1224 oder 1225 gemeint ist. | <sup>165</sup> Die Xantener Handschrift überliefert, dass das Versprechen zur Rückgabe der Geldsumme einst unter einem Bild des hl. Nikolaus (gest. 342/47) geleistet worden sei; der Text bietet jedoch keine Ortsangabe zur Bestimmung des Bildes. Auch im Dialogus miraculorum erwähnt Caesarius ein Bild des hl. Nikolaus, namentlich eine Ikone des Heiligen im Kloster Burtscheid nahe Aachen, vgl. Caes. DM VIII,76 sowie PSCHMADT, Der „dialogus miraculorum“, S. 7–9; es ist deshalb denkbar, dass sich der Hinweis in der Xantener Handschrift auch auf dieses Nikolausbild bezieht. Die Ikone, eine Mosaikfertigung mit Brustbild des heiligen Nikolaus, war Caesarius zufolge im 10. Jh. im Besitz des Klostergründers Gregor von Kalabrien (gest. 999) nach Burtscheid gebracht worden. S. dazu Reliquienschätze, hg. BOCK, S. 17 sowie BEITZ, Caesarius von Heisterbach, S. 44. Die Gründung des Benediktinerklosters Burtscheid erfolgt mit maßgeblicher Unterstützung der ottonischen Herrscher. 1220 wurde Erzbischof Engelbert von Köln von Kaiser Friedrich II. aufgefordert, das Kloster aufzulösen und dem Zisterzienserinnenkloster auf dem Aachener Salvatorberg zu unterstellen. | <sup>166</sup> Als Meineid galt ein falscher eidlicher Schwur, der entweder für Versprechen (promissorisch) oder versichernde Aussagen (assertorisch) geleistet wurde. In christlicher Tradition wurden Eide zumeist auf Heilige bzw. ihre Reliquien (so auch in dieser Geschichte) oder auf den Namen Gottes geschworen. Ein derart geleisteter Meineid galt als Täuschung sowie Lüge und konnte als Religionsdelikt gewertet werden und göttliche Strafen nach sich ziehen; im weltlichen Bereich führte er zu Ehrverlust und bisweilen auch Rechtlosigkeit. Vgl. dazu HOLZHAUER, Art. „Meineid“.

**39. De sacrista, quem propter furtum gemmate crucis ferrum vomeris frigidum exussit.**

Temporibus nostris in Flandria civitate quadam, cuius nomen excidit, in conventionali ecclesia clericorum Dominicum lignum auro gemmisque inclusum a custode ecclesie furto subtractum est et in terra sepultum. Cumque illam concupiscens rapuisset nec tamen consumere posset, abscondit illud. Decanus vero et fratres, cum de cruce subtracta plurimum dolerent nec tamen reum scirent, iuveni cuidam modicum habenti et honeste viventi, sola ducti suspicione, crimen furti eiusdem inpingebant. Cumque 5 ille negaret non crederent, adiudicatus est sententie ferri carentis. Cum non haberetur ferrum conveniens, vomer de aratro decani sublatus est, ignitus et benedictus iuvenique ad portandum porrectus. Ille<sup>x</sup> de bona conscientia presumens, ferrum intrepidus levavit et supra spatum definitum illud portans iuxta sepem in ortum decani iactavit<sup>y</sup>. Tempore uno cum ferrum a 10 decano requireretur, supradictus custos, decani commensalis, respondit: „Bene recordor iuvenem vomerem in talem locum proiecisse; vadam et queram.“ Cum invenisset et levasset, decano presente, virtute Dei mirabili 15 sic exustus est, ut cum clamore valido vomerem iactaret. Et notum factum est omnibus, quod ipse crucem rapuisset. Qui cum negare non posset, omni

---

<sup>x</sup> Ille] Ille vero celum aspexit, lacrimando Deum rogavit, ut innocentiam suam, quia potens esset et iustus iudex (2 Tim 4,8), adiuvaret. Qui surgens X. | <sup>y</sup> iactavit] iactavit et inustus apparuit. Quod plurimi videntes laudes Deo referebant X.

---

1 gemmate] fehlt X. 2 frigidum] fehlt X. 3 cuius... excidit] fehlt X. 4 Dominicum lignum] lignum Dominicum B; lignum crucis Dominicum X. | gemmisque] gemmis X. 5 ecclesie] ecclesia eiusdem X. 6 Cumque] Cum X. | nec...posset] fehlt X. 7 illud] fehlt X. | cum...8 dolerent] cum plurimum de cruce quererent et maxime dolerent B. | plurimum] multum X. 8 cuidam] zuvor quidam, korrigiert zu cuidam B. 9 sola ducti] ducti sola X. | crimen... inpingebant] et a custode docti crimen abiciunt, qui subtraxit crucem furtive, omneque crimen furti eidem iuveni inpingebant X. 10 non<sup>1</sup>] nec B. | non crederent] nec ei crederetur X. | Cum] Et cum B X. 11 vomer] fomer B. | sublatus] allatus X. 12 iuvenique] iuveni pro innocentia X. 13 presumens] fehlt X. | ferrum... 14 portans] intrepidus levavit ferrum et ad destinatum locum X. 14 portans] B; portavit O. | iactavit] B X; proiecit O. | Tempore uno] Cum multum vero tempore X. | uno] quodam B. 16 vomerem] formerem B. | vomerem...locum] in talem locum vomerem X. 17 Cum] Cumque B X. | virtute...mirabili] mirabili Dei virtute B X. 18 cum...vomerem] vomerem a se cum clamore valido X. | vomerem] fomerem B. | notum... 19 est] per gratiam Dei notum sic est X. | factum] fehlt B. 19 negare] B X; negaret O.

**39. Über einen Sakristan, den wegen Diebstahls eines mit Diamanten besetzten Kreuzes das kalte Eisen einer Pflugschar quälte.**

Zu unserer Zeit wurde in einer gewissen Stadt in Flandern, deren Namen mir entfallen ist, aus der Konventskirche der Kleriker ein von Gold und Edelsteinen umschlossenes Holzkreuz des Herrn vom Kirchendiener durch Raub entrissen und unter der Erde vergraben. Als er nämlich jenes begehrte und raubte, es aber dennoch nicht verwenden konnte, versteckte er es. Der Dekan und die Brüder allerdings, die wegen des gestohlenen Kreuzes sehr betrübt waren und den Schuldigen nicht kannten, bezichtigten nur von Verdacht getrieben, einen gewissen jungen Mann, der bescheiden und ehrbar lebte, des verbrecherischen Diebstahls. Als jener abstritt und sie ihm nicht glaubten, wurde über ihn das Urteil des glühenden Eisens verhängt. Und weil man kein geeignetes Eisen hatte, wurde die Pflugschar vom Pflug des Dekans abgenommen, und glühend und geweiht wurde sie dem jungen Mann zum Tragen dargereicht. Jener<sup>x</sup> ging es mit gutem Gewissen an und hob unerschrocken das Eisen auf, trug es über die festgelegte Distanz, und warf es über einen Zaun in den Garten des Dekans<sup>y</sup>. Als zu einer Zeit das Eisen von dem Dekan gesucht wurde, antwortete der oben genannte Kirchendiener, der Tischgenosse des Dekans: „Ich erinnere mich gut, an welchen Ort der junge Mann die Pflugschar weggeworfen hat, ich werde losgehen und suchen.“ Und als er sie fand und unter Anwesenheit des Dekans aufhob, wurde er durch eine bewundernswerte Wundertat Gottes derart verbrannt, dass er mit gewaltigem Geschrei die Pflugschar wegwarf.

---

<sup>x</sup> Jener] Jener aber blickte in den Himmel und bat Gott unter Tränen um Hilfe in seiner Unschuld, da er mächtig und ein „gerechter Richter“ ist. Er erhob sich X. | <sup>y</sup> warf es über einen Zaun in den Garten des Dekans] warf es über einen Zaun in den Garten des Dekans und erschien unverbrannt. Sehr viele Menschen sahen dies und lobten Gott X.

honore simul et stipendio privatus, de ecclesia illa eliminatus est.<sup>z</sup> Hec dicta de peste avaritia sufficient.

Porro accidie morbus satis periculosus est, animam plurimum corrumpens et penis eternis, si per penitentiam non fuerit sanatus, cruciandam adducens.  
5 De hoc veracissimum proferemus exemplum, a domino Conrado Portuensi episcopo abbati nostro relatum.

**40. De monacho Clarevallis accidioso, qui reviviscens dixit quadraginta annis idem peccatum in purgatorio se luere debere.**

10 Cum abbas esset in Claravalle, habebat monachum in horis divinis aliisque operibus spiritualibus accidiosum valde. Hic cum infirmus ad extrema devenisset et in matta positus, dicta letania, mortuus estimaretur, propter modicum ruboris, qui ad instar fili coccinei in maxilla eius apparuit, non est deportatus. Et post horam incipiens loqui circumstantibus ait: „Cum propter accidiam meam penis eternis deputatus essem, mater misericordie michi 15 assistens ait ad Dominum: ,Parce, dulcissime fili, parce, quia tamen in horis meis decantandis aliquantulum fervebat, licet alias accidiosus esset.‘ Cui

---

<sup>z</sup> de ecclesia illa eliminatus est] iudici seculari presentatus, in patibulo suspensus est. Iuveni vero omnia illius beneficia collata sunt *X*.

---

**1** simul...privatus] degradatus et stipendiis privatus *X*. | et] *fehlt B*. | stipendio] *B*; stypendio *O*. | privatus...ecclesia] vel ab ecclesia *B*. | dicta...2 sufficient] dicta sufficient peste avaritia *B*. **2** de...sufficient] sufficient de peste avaritia, sed duo sequentia miracula sunt de accidia *X*. peste] *B X; fehlt O*. **3** Porro...6 relatum] *fehlt X*. | morbus] *fehlt B*. **4** cruciandam] *B; fehlt O*. **5** Conrado] Cu<sup>o</sup>nrado *B*. **8** peccatum] accidie peccatum *X*. | se] *fehlt B*. **9** Cum...Claravalle] Abbas Clarevallis *X*. | monachum...10 valde] monachum valde accidiosum in horis divinis aliisque operibus spiritualibus *X*. **10** infirmus] infirmus in accidia perseveraret, infirmus lecto succubuit et **11** devenisset] *B*; venisset *O*; devenit *X*. | et...positus] *fehlt X*. | matta] *B*; agonia *O*. | letania] lethania *X*. **14** meam] *fehlt B X*. | deputatus essem] essem deputatus *X*. mater] matre *X*. | misericordie] Christi *X*. **15** dulcissime fili] fili dulcissime *B*. | quia] *B; fehlt O X*. | tamen...16 esset] licet...esset, tamen...fervebat *B*; quamvis hic accidiosus esset, tamen...fervebat *X*.

Und es wurde allen bekannt, dass er selbst das Kreuz gestohlen hatte. Als dieser es nicht abstreiten konnte, wurde er aller Ehre und Einkünfte beraubt und aus jener Kirche ausgeschlossen.<sup>z</sup> Diese Worte über die Seuche der Habsucht sollen genügen.<sup>167</sup>

Weiterhin ist die Krankheit der Trägheit sehr gefährlich; sie verdirbt die Seele völlig und führt sie zur Qual durch ewige Strafen, wenn sie nicht durch Buße geheilt wird. Darüber werden wir nun ein sehr wahres Beispiel bringen, das unserem Abt<sup>168</sup> vom Herrn Bischof Konrad von Porto<sup>169</sup>, erzählt wurde.

5

**40. Über einen trägen Mönch aus Clairvaux, der wieder lebendig wurde und sagte, dass er vierzig Jahre lang für seine Sünden im Fegefeuer büßen müsse.**

10

Als dieser Abt in Clairvaux war,<sup>170</sup> gab es einen Mönch, der während der heiligen Stunden sowie bei anderen spirituellen Aufgaben sehr träge war. Da er bis zum Äußersten krank wurde und man ihn, nachdem er auf eine Matte gelegt und die Litanei gesprochen worden war,<sup>171</sup> für tot hielt (wegen seiner geringen Röte), da erschien auf seiner Wange eine Röte gleich einer Scharlachausbildung und er wurde nicht fortgetragen. Und nach einer Stunde fing er an zu reden und sagte zu den Umstehenden: „Als ich wegen meiner Trägheit zu ewigen Strafen verdammt wurde, hat mir die Mutter der

15

20

<sup>z</sup> und aus jener Kirche ausgeschlossen] und nachdem er vor einen weltlichen Richter gestellt worden war, hängte man ihn an den Galgen. All sein Besitz brachte man aber zu dem jungen Mann X.

<sup>167</sup> Das Motiv des glühenden Eisens, dessen Berührung das Vergehen des Sünders offenlegt, findet sich auch in Thomas von Cantimpré, BUA II,36,2. Darin lässt sich ein Novize zum Geschlechtsverkehr verführen; vorher kann er wegen seiner Unschuld ein glühendes Eisen ohne Schmerzen berühren, danach nicht mehr. | <sup>168</sup> Abt Heinrich von Heisterbach (amt. 1208–1244). S. zu ihm bereits Caes. LM Prolog sowie I,4; I,9; I,22. | <sup>169</sup> Konrad von Urach (gest. 1227), 1209 Abt von Villers, 1215 Abt von Clairvaux, 1217 Abt von Cîteaux, 1219 Kardinalbischof von Porto, ab 1223 Kreuzzugsprediger in deutschen Gebieten, päpstlicher Legat. S. zu ihm bereits Caes. LM I,4 sowie I,40. | <sup>170</sup> Konrad von Urach wirkte ab 1215 als Abt von Clairvaux. Zu seinem dortigen Abbatiat s. NEININGER, Konrad von Urach, S. 96–107. <sup>171</sup> Sterbende Mönche wurden von der Klostergemeinschaft begleitet. Gemeinsam versammelten sich der Abt und die Brüder am Bett des Sterbenden, der (sofern möglich) die Beichte ableistete und sodann Indulgenz, Eucharistie, Segen und Salbung erhielt. Siehe dazu SONNTAG, Klosterleben, S. 473–493.

5       cum Dominus ex iustitia contradiceret et illa ex misericordia instaret, tandem sic determinatum est: „Mater“, inquit, „cum ex merito debeat dampnari neque ex iustitia possit salvari, propter te ad corpus redeat et culpam confiteatur sicque mox revertatur. Attamen scire debet, quod quadraginta annis in purgatorio reatus huius penam exsolvet.“ Qui mox ad corpus reversus, mirantibus universis, loqui cepit et accidie malum confiteri, que dicta sunt omnibus exponens. „Et ut sciatis“, inquit, „vera esse que retuli, en morior iterum.“ Sicque cunctis videntibus efflavit spiritum, contra vitium accidie exemplum fratribus non inutile relinquens.

10      **41. De converso, cuius animam ob idem vitium demones extorquere visi sunt.**

Audivi nuper a domino Alberone, venerabili abate de Waltsassen, de morbo accidie aliud exemplum terribile satis. „Cum essem“, inquit,

---

2 sic...est] sibi determinatum est sic X. | Mater] B; zuvor monachus, *getilgt und am Rand korrigiert zu* mater O; merito X. | ex] B; fehlt O. 3 dampnari] condemnari X. | neque] nec B. | possit] debeat B. 4 debet] debeat X. 5 in] X; fehlt B O. | penam] penis B. 6 mirantibus] cunctis (*am Rand nachgetragen*) mirantibus B. | loqui cepit] cepit loqui X. | malum] peccatum X. | confiteri] B X; fehlt O. 7 omnibus exponens] omnia secundum ordinem exposuit dicens X. | Et...8 iterum] fehlt X. | inquit] fehlt B. 8 videntibus efflavit] intuentibus emisit X. efflavit] efflavit B. | contra...9 relinquens] fehlt X. 9 accidie exemplum] B; fratribus accidie exemplum O. | inutile relinquens] B; reliquiens inutile O. 10 De] Item de B. | ob...demones] dyaboli ob idem vitium X. 12 nuper...abbate] a domino abbate X. | Alberone] Alberno B; fehlt X. | Waltsassen] B; Waltsasym O; Waltsassin X. 13 terribile satis] terribilem X.

Barmherzigkeit geholfen und zum Herrn gesagt: „Schone ihn, mein liebster Sohn, schone ihn, weil er, auch wenn er sonst träge ist, während meinen Gebetsstunden dennoch wenigstens ein bisschen andächtig war.“ Als ihr der Herr aus Gerechtigkeit heraus widersprach und jene aus Mitleid darauf bestand, wurde es schließlich so bestimmt: „Mutter“, sagte er, „obwohl man ihn verdientermaßen verurteilen muss und es aus Gerechtigkeit nicht möglich ist, ihn zu erlösen, soll er deinetwegen in seinen Körper zurückkehren und seine Schuld eingestehen und so soll er bald zurückkehren. Dennoch soll er wissen, dass er vierzig Jahre lang im Fegefeuer für seine Sünden eine Strafe erfüllen wird.“ Nachdem er bald in seinen Körper zurückgekehrt war, was alle bestaunten, begann er zu sprechen und die Krankheit der Trägheit zu gestehen, und legte allen dar, was schon gesagt wurde. „Und damit ihr wisst“, sagte er, „dass wahr ist, was ich sprach, sterbe ich – seht – erneut.“ Und so sahen alle, wie er seinen Geist aushauchte und gegen das Laster der Trägheit den Brüdern kein unnützes Beispiel hinterließ.

5

10

15

#### 41. Über einen Konversen, von dem man sah, dass Dämonen seine Seele wegen desselben Lasters herausrissen.

Wir haben unlängst von Herrn Albero, dem ehrwürdigen Abt aus Waldsassen,<sup>172</sup> ein weiteres, recht furchterregendes Exempel über die Krankheit der Trägheit gehört. „Als ich Novize in Pforte war“, sagte er,

20

<sup>172</sup> Die Identifizierung „Alberos aus Waldsassen“ ist aus verschiedenen Gründen problematisch. Laut HILKA, Wundergeschichten III, S. 69–70, muss aufgrund des Vornamens und der zeitlichen Übereinstimmung des Abbatats von Abt Albero von Dobrilugk ausgegangen werden. Dagegen geht KUNDE, Zisterzienserkloster Pforte, S. 197, davon aus, dass es sich um Abt Eberhard von Waldsassen handeln müsse. In der folgenden Geschichte jedoch berichtet Albero von seinem Noviziat im Kloster Pforte (heute Schulpforte). In Caes. LM II,15 lässt Caesarius Albero erneut auftreten und bringt ihn mit der Diözese Halberstadt in Verbindung; Waldsassen aber gehörte zur Diözese Regensburg. Gewichtet man die regionale Verortung stärker, so wäre es denkbar, dass Caesarius Waldsassen mit dem Kloster Walkenried verwechselt hat, das der Halberstädter Diözese zumindest geographisch näher lag (auch wenn es rechtlich der Diözese Mainz zugehörte). Überdies war Walkenried das Mutterkloster von Pforte, was ein Noviziat ebenda plausibel machen würde. In diesem Fall wäre „Albero von Waldsassen“ vermutlich mit Albert/Albero von Walkenried zu identifizieren, der bis 1221 Prior in Walkenried war (vgl. Urkundenbuch Walkenried, ed. DOLLE/BAUMANN, Nr. 99, S. 146). Auch wenn die Identifizierung Alberos nicht eindeutig vorzunehmen ist, scheint die Hypothese der Verwechslung am stichhaltigsten zu sein. S. ausführlich dazu BURKHARDT/HOLSTE-MASSOTH, Caesarius of Heisterbach Revisited, S. 606–608.

„novicius in Porta, ibi erat conversus quidam nomine Walterus sub abbatे Gisilberto et priore Wolberone, vir supra modum in divinis laudibus accidiosus. Semper dormitabat, semper oscitabat, et si quandoque excitabatur, mox cum multa festinatione in sompnum resoluebatur. Accident, 5 ut die quadam subita infirmitate correptus obmutesceret et, quod periculosius erat, peccata sua confiteri non posset. Qui cum positus esset in infirmatorio, nocte eadem de lecto suo a demonibus cum tanto impetu proiectus est, ut vix subsisteret. Quod quidam frater religiosus Hermannus nomine, qui ex opposito iacebat, audiens et videns, infirmarium tusciendo 10 advocans, conversum in terra iacentem digito ostendit. Qui cum labore esset repositus, recedente infirmario, rursum est reiectus; volebant enim immundi spiritus, quos ipse accidia sua foverat, animam eius extorquere violenter. Eadem hora, cum natura urgente iam dictus conversus ad privatam iret et rediret, in ipsa camera tentus a demonibus et impulsus, tractus et retractus sic 15 afflictus est, ut non absque multo labore, timore et dolore ad lectum suum rediret. Manus trahentium sive inpellentium sensit, sed neminem vidit. Cumque fuissest ingressus cellam infirmorum, Walterus exspiravit. Et ecce! in ipsa hora mortis eius tantus motus excitatus est in aere, ut ipsa edificia viderentur ruere. Quidam hoc forinsecus audiens et quia dormitorium 20 monachorum cecidisset estimans, alteri, nescio cui, significavit. Qui cum accensa lucerna dormitorium pervidisset integrumque reperisset, de facto

---

1 ibi erat] erat ibi *B X.* | quidam... Walterus] Waltherus nomine *B.* | nomine...2 Wolberone] fehlt *X.* 2 in] *B X; fehlt O.* | laudibus] *B X; fehlt O.* 3 oscitabat] zuvor ocitabat, korrigiert zu oscitabat *X.* | et...4 resoluebatur] fehlt *X.* | quandoque] *B X; quando O.* 4 excitabatur] *B;* excitatus *O.* 5 subita] subitnaea *X.* 6 posset] potuit *X.* | Qui...positus] fehlt *B.* | in] fehlt *B.* 7 de...demonibus] a demonibus de lecto suo *B;* a demonibus *X.* | cum...11 reiectus] in hospitale pauperum est deportatus ibique cum maximo impetu deiectus. Mane autem facto cum maximo labore reportatus, recedentibus omnibus, iterum de lecto est deiectus *X.* 8 frater religiosus] religiosus frater *B.* 10 ostendit] monstravit *B.* 12 quos...violenter] animam eius extorquere violenter, quos ipse accidia sua foverat *X.* 13 Eadem...14 demonibus] Nocte sequenti eum a lecto portantes in inferiorem domum, a demonibus tentus *X.* 15 ut...16 rediret] fehlt *X.* 16 neminem] non *B.* | vidit] vidit aliquem *B.* 17 Cumque...exspiravit] Mane facto cum reductus fuissest, Walterus exspiravit *X.* | Walterus] Waltherus *B.* 18 eius] *B; fehlt O;* sue *X.* 19 Quidam...151,1 mirabatur] fehlt *X.* 20 cecidisset] cecidisse *B.* | estimans] *B;* estimatus *O.* | significavit] signavit *B.*

„gab es dort einen gewissen Konversen namens Walter unter dem Abt Giselbert und dem Prior Wolbero,<sup>173</sup> einen Mann, der über alle Maßen faul war im göttlichen Lobpreisen. Er war stets schlaftrig, gähnte immer, und wann immer er aufgeweckt wurde, fiel er bald darauf wieder mit viel Eile in den Schlaf. Es geschah, dass er an einem gewissen Tag von einer plötzlichen Krankheit befallen wurde und verstummte, und, was noch gefährlicher war, er seine Sünden nicht beichten konnte. Als er in den Krankensaal<sup>174</sup> gelegt worden war, wurde er in derselben Nacht von den Dämonen mit einer solchen Gewalt aus seinem Bett geworfen, dass er kaum Widerstand leisten konnte. Dies hörte und sah ein gewisser religiöser Bruder namens Hermann, der gegenüber lag; er rief den Infirarius<sup>175</sup> durch Husten und er zeigte mit seinem Finger auf den am Boden liegenden Konversen. Er wurde unter Anstrengung wieder zurückgelegt, und nachdem der Infirarius weggegangen war, wurde er wieder herausgeworfen; die unreinen Geister nämlich, die er durch seine Trägheit genährt hatte, wollten seine Seele gewaltsam herausreißen. Zur selben Stunde, als der bereits genannte Konverse zum Abort ging (weil die Natur drängte) und wieder zurückkam, wurde er in derselben Kammer von den Dämonen festgehalten, zu Fall gebracht, hin- und hergezogen, und schließlich war er so elend, dass er nicht ohne große Mühe unter Furcht und Schmerz in sein Bett zurückkehrte. Er spürte die Hände der Ziehenden und Stoßenden, sah aber niemanden. Und als er das Krankenzimmer betreten hatte, starb Walter. Und siehe! In jener Stunde seines Todes war eine derart heftige Bewegung in der Luft, dass die Gebäude einzustürzen schienen. Nachdem dies jemand von außen gehört hatte und glaubte, der Schlafsaal der Mönche wäre eingestürzt, berichtete er es einem anderen, ich weiß nicht wem. Er hatte den Schlafsaal mit einer brennenden Laterne genauer betrachtet und ihn unbeschädigt

<sup>173</sup> Mit Blick auf Alberos Hinweis auf sein Noviziat im Zisterzienserkloster Pforte unter dem Abbatiat von Giselbert (1195–1196) bzw. dem Priorat von Wolbero kann das berichtete Ereignis auf die Jahre 1195–1196 datiert werden. S. dazu KUNDE, Zisterzienserkloster Pforte, S. 197.

<sup>174</sup> Zur räumlichen Anlage des Krankensaals (des infirmarium) sowie zu den Bestimmungen zur Krankpflege s. die Angaben zu Caes. LM I,13 sowie LINDENMANN-MERZ, Infirarien, S. 40–81. Zur Lage des hier beschriebenen Krankensaals in Pforte s. KLING, Zu den Infirmerien. Ihrer Studie zufolge war der Krankensaal von Pforte zweischiffig und grenzte im Norden an mehrere Räume, darunter offenbar auch einen Abort, der gleichfalls in Caesarius Geschichte erwähnt wird. | <sup>175</sup> Zum Amt des Infirarius in Zisterzienserklöster s. erneut die Angaben zu Caes. LM I,13; für Angaben zu Pforte s. zudem KLING, Zu den Infirmerien.

sibi signo mirabatur. Hora eadem cuidam sanctimoniali, cuius monasterium sex miliaribus a Porta distabat, omnia, que circa conversum acta sunt, Deus revelavit. Que illa conventui mandavit, dicens ad obitum illius innumerabilem multitudinem spirituum malignorum confluxisse, ex quorum 5 concursu et aer concitatus est et sonus excussus, cum animam eius extrahere conarentur. Quam cum vellent deducere ad inferos, accidie vitium illi inponentes, precibus beate Genitricis Dei, que mater est misericordie, de manibus illorum liberata est.<sup>aa</sup> Licet enim idem conversus in laudibus divinis accidiosus esset et somnolentus, erat tamen vir disciplinatus et in 10 commissis fidelis. Quapropter viri claustrales accidie morbum, eo quod omnia bona et dona spiritualia accidia reddat et insipida, animam tristitia corrumpens, plurimum vitare debent.“

Haut dubium, sicut etiam ex predictis colligitur, quin eidem vitio tormentum gehenne debeatur, nisi forte ob eximiam contritionem in penam purgatorii 15 Dei misericordia et sanctorum meritis commutetur. Unde credendum est fratrem hunc, de quo sermo est, in fine contritum esse, licet facultas confitendi deesset.<sup>ab</sup> Nunc de vitio gule etiam aliquod proferamus exemplum.

<sup>aa</sup> precibus...liberata est] beata virgo Maria, que est mater misericordie, hoc videns, quod conversus esset dampnatus, preces filio infundebat, rogans et supplicans, ut in purgatorio lueret penam accidie perpetratam. Et hoc concessit dominus. Hec revelata sunt matrone supradicte, que omnia fratribus de Porta, sicut ei ostensa fuerant, in scripto transmisit X. | <sup>ab</sup> deesset] deesset, et hoc ideo, quia maximam penam sustinuit a demonibus, adhuc in corpore positus X.

1 cuidam] B; quidam O. | sanctimoniali] sanctemoniali X. 2 sex miliaribus] B; septem miliaris O; septem miliaris X. | conversum] B X; conversum morientem O. | acta] facta B. Deus...6 inferos] in morte ipsius, ei revelata sunt et qualiter demones animam eius extrahentes, ad inferos eam deducere volentes X. 3 illa] B; illi O. | ad] ob B. 4 spirituum malignorum] malignorum spirituum B. 6 deducere] B X; ducere O. | illi] ei X. 7 inponentes] X; opponentes B O. | beate...Dei] Dei Genitricis B. | mater est] est mater X. 8 Licet...15 commutetur] fehlt X. 11 bona] B; levia O. | spiritualia] fehlt B. 13 etiam] fehlt B. 14 gehenne] B; iehenne O. 15 Dei] B; divina O. | commutetur] zuvor commitetur, korrigiert zu commitetur B. 16 sermo est] est sermo B. | est] factus est X. 17 confitendi] loquendi X. | etiam...18 exemplum] etiam aliquod proferam exemplum; aliud proferam exemplum X.

aufgefunden und wunderte sich über das vollbrachte Zeichen. Zu derselben Stunde eröffnete Gott einer gewissen Sanktimonialen, deren Kloster sechs Meilen von Pforte entfernt war, alles, was um den Konversen herum geschehen war. Dies teilte sie dem Konvent mit und sagte, dass zu seinem Tod eine unzählbare Masse böser Geister zusammengeströmt war, durch deren Zusammenstoß sowohl die Luft aufgewirbelt wurde als auch ein Ton erklang, weil sie versuchten, seine Seele zu herauszureißen. Als sie jene zur Hölle hinführen wollten, indem sie jener das Laster der Trägheit aufbürdeten, wurde sie durch die Gebete der heiligen Mutter Gottes, die die Mutter der Barmherzigkeit ist, aus den Händen jener befreit.<sup>aa</sup> Obgleich nämlich derselbe Konverse während des heiligen Gottesdienstes träge und schlaftrig war, war er dennoch ein gebildeter Mann und in seinen Diensten zuverlässig. Deswegen müssen die klösterlich Lebenden die Krankheit der Trägheit, die alle geistigen Vorzüge und Geschenke aufgibt und fad macht und die Seele mit Traurigkeit verdirbt, sehr meiden.“

Ohne Zweifel kann aus den Ausführungen geschlussfolgert werden, dass für dasselbe Laster die Höllenstrafe bestimmt ist, wenn es nicht ob außerordentlicher Reue bei den Strafen des Fegefeuers durch Gottes Mitleid und den Großmut der Heiligen abgewandelt wird. Also muss man glauben, dass dieser Bruder, von dem die Rede ist, am Lebensende bereut hat, wenn ihm auch die Möglichkeit zur Beichte fehlte.<sup>ab</sup> Nun wollen wir noch ein weiteres Beispiel über das Laster der Völlerei zeigen.

5

10

15

20

---

<sup>aa</sup> durch die Gebete...befreit] sah die heilige Jungfrau Maria, die die Mutter der Barmherzigkeit ist, dass der Konverse verdammt worden war, senkte Gebete in ihren Sohn, und fragte und flehte, dass er im Fegefeuer die begangene Schuld abbüßte. Und dies gewährte der Herr. Dies wurde der oben genannten Frau überliefert, die den Brüdern aus Pforte alles, was ihr gezeigt worden war, schriftlich übermittelte X. | <sup>ab</sup> fehlte] fehlte, und das röhrt daher, da er eine sehr große Strafe von den Dämonen aushielt, während er noch im Körper war X.

**42. De vitio gule et quod multa homicidia causa ebrietatis in Frisia in dedicatione cuiusdam ecclesie perpetrata sunt.**

5 Gula unum est de vitiis capitalibus. Gula est totius corporis causa noxius et illecebrosus esce vel potus appetitus. Huius vitiis morbo non solum corporis, sed anime substantia corrumpitur. Unde Dominus dicit fidelibus: *Videte, ne corpora vestra graventur in crapula et ebrietate.* Quantum malum ex ebrietate proveniat, exemplum presens declarat.

10 Nuper michi retulit quidam monachus ex senioribus Clari campi, que est domus Cisterciensis ordinis in Frisia sita, dicens: „Anno presenti M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVI<sup>o</sup> ab incarnatione Domini, Friso quidam de ecclesia sancti Martini, que posita est in villa cuius nomine est Bosingin, post expletionem missarum exiens, dum nescio quo tenderet, in specie humana spiritus malignus illi occurrit. Quem cum more terre salutaret homo et diceret: „Bene occurras“, illeque nichil responderet, Friso salutationem illam iteravit cum indignatione. Tunc ille motus respondit: „Malo tuo michi occurrisse, si non hodie sigillatus fuisses aqua Martini.“ Egrediens vero de ecclesia

1 De...quod] fehlt X. | multa homicidia] De multa occidia X. 3 Gula<sup>1</sup>...7 declarat] Als separates Kapitel in O eingefügt; als Ende des vorherigen Kapitels eingefügt in X. | unum... capitalibus] est vitium de septem capitalibus vitiis unum X. | causa] tam B. | et...4 appetitus] fehlt X. 4 esce] ecce O. 5 Dominus] B X; Dominus in ewangelio O. 6 corpora] corda X. 7 presens] sequens X. | declarat] manifestat B. 8 Nuper...retulit] Retulit michi X. 9 Cisterciensis ordinis] ordinis Cisterciensis X. | presenti] fehlt B; domini X. 10 MoCCoXXVIo...Dominij] M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVII<sup>o</sup> X. 11 Martini] X; Mauricii B O. | que... Bosingin] fehlt X. | est<sup>1</sup>] B; fehlt O. | cuius] B; fehlt O. | nomine] vocabulum B. | est<sup>2</sup>] B; fehlt O. | Bosingin] B; Besingin O. | expletionem...12 missarum] completionem misse X. 12 dum...tenderet] domum tendens X. 13 malignus illi] illi malignus B X. 14 Bene] fehlt B. nichil] nil B. | salutationem...iteravit] iteravit salutationem X. | illam] fehlt B. 16 hodie] aspersus B. | sigillatus] inunctus X. | Martini] X; Mauricii B O. | Egrediens vero] Egrediensque X.

3 Gula<sup>2</sup>...4 appetitus] Vgl. *Speculum virginum* II, S. 294; *Caes. DM* IV,73. 5 Videte...6 ebrietate] Lc 21,34.

**42. Über das Laster der Völlerei und wie mehrere Morde aufgrund von Trunkenheit in Friesland bei der Weihe einer gewissen Kirche verübt wurden.<sup>176</sup>**

Völlerei ist eine der Hauptsünden. Völlerei bedeutet: ein schädlicher und verführerischer Appetit auf Essen und Trinken um des gesamten Körpers willen. Durch diese lasterhafte Krankheit wird nicht nur das Wesen des Körpers, sondern auch das Wesen der Seele verdorben. Daher sagt der Herr im Evangelium zu den Gläubigen: „Achtet darauf, dass eure Körper nicht durch Rausch und Trunkenheit beschwert werden.“ Wie viel Übles von der Trunkenheit kommt, erklärt das gegenwärtige Beispiel.

Neulich erzählte mir ein gewisser Mönch von den Älteren von Klaarkamp, das ein Haus des Zisterzienserordens in Friesland ist, Folgendes.<sup>177</sup> Er sagte: „Im gegenwärtigen Jahr, es war das Jahr 1226 nach der Fleischwerdung des Herrn, verließ ein gewisser Friese die Kirche des heiligen Martin, die in einem Dorf namens Bozum<sup>178</sup> gelegen ist, nach Vollendung der heiligen Messe; ich weiß nicht, wohin er ging, da erschien jenem ein böser Geist in menschlicher Gestalt. Als der Mann ihn nach Landesart grüßte und sagte: „Gute Reise“, und jener nicht antwortete, wiederholte der Friese den Gruß mit Entrüstung. Da antwortete jener erregt: „Du wärst mir mit deiner Übeltat entgegengetreten, wenn du nicht heute mit dem Wasser des Martin gesiegelt worden wärst.“ Tatsächlich hatte er sich beim Hinausgehen aus der Kirche mit dem Weihwasser bespritzt. Bald nach diesen Worten der Drohung begann der Teufel vor seinen Augen zu wachsen, sodass jener sich

5

10

15

20

<sup>176</sup> Dieses Kapitel ist in der Handschrift Oxford in zwei separate Kapitel aufgeteilt, somit kommt es zu einer Verschiebung der Kapitelzählung; vgl. den Variantenapparat und die Konkordanztabelle. | <sup>177</sup> Kloster Klaarkamp bei Dokkum, heute Provinz Friesland in den Niederlanden. Das Kloster wurde 1163/65 als Filiation des Klosters Clairvaux gegründet. Caesarius selbst reiste 1218 und 1220 als Begleitung seines Abts Heinrich nach Friesland und besuchte in diesem Zusammenhang auch das Kloster Klaarkamp; 1218 leitete Heinrich hier die Abtwahl. Diese persönlichen Erfahrungen (die in den Libri VIII miraculorum interessanterweise nicht erwähnt werden) erklären die vielfachen Bezüge zu Klaarkamp im Dialogus Miraculorum, vgl. Caes. DM I,18; VII,3; XI,21; XI,30; XII,26. | <sup>178</sup> Offenbar ist hier die St. Martinskirche in Bozum (heute Provinz Friesland in den Niederlanden) gemeint, die im späten 12. Jh. errichtet wurde. S. dazu KARSTKAREL, Alle mideleeuwsen kerken, S. 47–48. Interessanterweise gibt nur die Handschrift aus Xanten das Patrozinium des hl. Martin an; die anderen Handschriften nennen ein Mauritiuspatrozinium. Eine Mauritiuskirche in Bozum ist jedoch nicht nachweisbar.

aqua benedicta se asperserat. Mox post verba comminationis cepit dyabolus in oculis eius crescere, ita ut valde pertimesceret ille. Qui ait: „Cur me non interrogas, ut aliquid novi tibi dicam?“ Tacente illo, subiunxit illi dyabolus: „Die crastina efficiam, ut tantus sanguis effundatur in dedicatione ecclesie tue, ut pedes Martini necnon et sacerdotis in eo lavari sufficient“, sicque evanuit. Statim homo ad sacerdotem reversus se benedici et aqua benedicta aspergi petivit, quid viderit quidve audiverit, illi per ordinem recitans. Qui mane mercatoribus, cum tentoria sua erigerent in cymiterio propter dedicationem, tacita persona minas dyaboli patefecit, supplicans, ut mercationes suas extra emunita locarent et ut a potatione, que maxima causa sanguinis est, sibi caverent. Qui sacerdoti ex parte obedientes casas suas in campo erexerunt, non tamen a potu se continuerunt. Unde postquam incaluisserunt mero sive cervisia, surgentes ceperunt quasi colludendo se gladiis et umbonibus exercere, imitantes filiorum Israel insaniam, de quibus scriptum est: *Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere.* Et ecce! cooperante, immo instigante dyabolo, secundum quod ipse predixerat, tres homines occisi sunt in eodem ludo et quadraginta tam graviter vulnerati, ut scutellis et pelvibus agrum sanguine exundantem vix mundare sufficerent.

Ecce! quantum malum operatur in homine gula, quia de gula fit ebrietas, de ebrietate nascitur furor, de furore homicidum.

2 oculis] oculis *B.* 3 aliquid] aliquod *B.* | tibi dicam] dicam tibi *X.* | subiunxit] et timente, subiunxit *X.* 4 in...5 tue] in ecclesie tue dedicatione *B.* 5 Martini] Mauricii et Martini *B O;* domini vestri Martini *X.* | et] fehlt *B X.* | sacerdotis] sacerdotes *X.* | sicque...6 evanuit] Hiis dictis evanuit ab oculis eius *X.* 6 ad...reversus] reversus ad sacerdotem *B X.* 7 illi] sacerdoti *X.* | recitans] recitavit *X.* 8 mercatoribus] facto mercatoribus dixit *X.* | cum] fehlt *B.* | in cymiterio] fehlt *B.* | cymiterio] cimiterio *X.* 9 tacita...11 caverent] et rogans, ut extra emunitatem locarent, verba et facta dyaboli sicut intellexerat omnibus patefecit *X.* 11 sacerdoti] sacerdote *B.* 12 a...se] se a potu *X.* 13 colludendo] ludendo *B;* conludendo *X.* 14 imitantes] imitantes *B.* | Israel] nachgetragen *B.* 15 est] nachgetragen *B.* | surrexerunt] surrexit *X.* surrexerunt ludere] surrexit ludere, de quo ludo numquam bonum contigit *X.* 16 immo] ymo *B;* fehlt *X.* | instigante] fehlt *X.* 17 in...ludo] fehlt *B.* | ludo] loco et ludo *X.* | quadraginta...graviter] tam graviter quadraginta *B.* | vulnerati] vulnerati sunt *X.* 18 sanguine exundantem] inundantem sanguine *X.* 20 quia...ebrietas] *X;* fehlt *B O.* | de<sup>2</sup>...21 homicidum] fehlt *B.* 21 nascitur] vero nascitur *X.* | furore] furore vero *X.*

15 Sedit...ludere] *Ex 32,6.*

sehr fürchtete. Er sagte: „Warum bittest du mich nicht, dass ich dir etwas Neues sage?“ Als jener schwieg, fügte der Teufel an: „Am morgigen Tag werde ich bewirken, dass so viel Blut bei der Weihe deiner Kirche vergossen wird, dass die Füße Martins und auch die des Priesters ausreichend darin gewaschen werden können“, und so verschwand er. Und der Mann kehrte sofort zu dem Priester zurück, um sich segnen und mit dem Weihwasser bespritzen zu lassen; und was er gesehen und gehört hatte, erzählte er jenem der Reihe nach. Am nächsten Morgen machte er die Drohungen des Teufels mit stiller Miene bei den Händlern bekannt, als sie ihre Zelte auf dem Friedhof wegen der Weihe errichteten, und bat, dass sie ihr Warenhandeln nach außerhalb der Stadtmauern verlegen sollen und dass sie sich vor einem Trinkgelage, das die erheblichste Ursache des Blutvergießens ist, hüten sollen. Sie gehorchten dem Priester nur teilweise und hatten ihre Hütten auf dem Feld aufgebaut, jedoch zügelten sie nicht das Trinken. Und nachdem sie durch Wein und Bier erwärmt worden war, standen sie auf und begannen sich mit Schwertern und Schildern zu peinigen, wie bei einem gemeinsamen Spiel; sie ahmten den Wahnsinn der Söhne Israels nach, von denen geschrieben steht: „Das Volk setzte sich, um zu essen und zu trinken, und sie standen auf, um ihre Lust zu treiben.“ Und siehe! Weil der Teufel mitarbeitete, ja sogar anstachelte, wurden – dem entsprechend, was er selbst vorhergesagt hatte, drei Männer bei eben diesem Spiel getötet und vierzig so schwer verletzt, dass Schalen und Schlüsseln kaum ausreichten, das von Blut überströmte Feld zu reinigen.

Siehe! So viel Übles bewirkt Völlerei im Menschen, weil aus der Völlerei die Trunksucht entsteht; aus der Trunksucht wiederum wird der Wahnsinn geboren, und aus dem Wahnsinn der Mord.

**43. De vitio luxurie.**

In ordine vitiorum carnalium post gulam ponitur luxuria, et merito: de ipsa frequenter nascitur et per ipsam nutritur. De hac peste nascitur fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, immunditia contra naturam. Luxurie morbus 5 est serpens non solum animam, sed et corpus inficiens, fetet per infamiam, urit per conscientiam, consumit per concupiscentiam. Cui gula est materia, flamma concupiscentia, fumus infamia, cinis immunditia. Quanta sit huius vitii pena, subiecta declarant exempla.

10 **44. De milite superbo et predone atque luxurioso, qui, post mortem apparens uxori in armis pulcherrimis, dicebat illa esse ignea et ad instar montium ponderosa.**

Retulit michi sacerdos quidam religiosus, quod *dicturus sum, asserens sibi veraciter fuisse relatum*; erat miles quidam in armis strenuus et in militia nominatus et ob hoc valde superbus atque luxurie totus deditus. Hic ante annos paucos defunctus est. Cui post mortem, nescio tamen utrum uxor sua vel concubina fuerit, multa beneficia tam in elemosinis quam in orationibus in penderet et cottidie eius pene peccata defleret, die quadam tempore meridiano in orto domui vicino<sup>ac</sup> deflenti apparuit, sedens in dextrario pulcherrimo, eisdem armis et signis militaribus,

---

<sup>ac</sup> in orto domui vicino deflenti] in domo suo gradiens, flens et eiulans, de mortuo domino cogitans statimque deflenti X.

---

